

Mše a průvod o Božím Těle

Pořad obřadu se čtyřmi zastaveními

Editio bilinguis · latinsko-česká

Mše svatá — vlastní texty (proprium)

Introitus

Cibavit eos ex adipe frumenti, alleluja: et de petra, melle saturavit eos, alleluja, alleluja, alleluja. **Ž 80, 2:** Exsultate Deo, adjutori nostro: jubilate Deo Jacob. Gloria Patri. — Cibavit eos.

Oratio

Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Epistola — 1 Kor 11, 23–29

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. — Fratres: Ego enim accepi a Domino quod et tradidi vobis, quoniam Dominus Jesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, et gratias agens fregit, et dixit:

Nasytil je jádrem pšeničným, aleluja, a medem ze skály je sytil, aleluja, aleluja, aleluja. **Ž 80, 2:** Plesejte Bohu, naší pomoci, jásejte Bohu Jakubovu. Sláva Otcí. — Nasytil je.

Bože, jenž jsi nám v této předivné Svátosti zanechal památku svého umučení, popřej nám, prosíme, tak ctíti svatá tajemství tvého Těla a Krve, abychom v sobě ustavičně pociťovali ovoce tvého vykoupení. Jenž žiješ a kraluješ s Bohem Otcem v jednotě Ducha Svatého Bůh po všechny věky věků. **R.** Amen.

Čtení z listu svatého Pavla apoštola Korint'anům. — Bratři: Já jsem přijal od Pána, co jsem vám také odevzdal: že Pán Ježíš v noci, kdy byl zrazován, vzal chléb, vzdal

Accipite, et manducate: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam coenavit, dicens: Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite, quotiescumque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicumque manducaverit panem hunc vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit: non dijudicans corpus Domini.

Graduale

Oculi omnium in te sperant, Domine: et tu das illis escam in tempore opportuno. **V.** Aperis tu manum tuam: et imple omne animal benedictione.

Alleluja

Alleluja, alleluja. **V.** Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo. Alleluja.

Sequentia — Lauda Sion

Lauda, Sion, Salvatorem, lauda

díky, rozlámal jej a řekl: Vezměte a jezte, toto jest mé tělo, které se za vás vydává; to číňte na mou památku. Podobně po večěři vzal i kalich a řekl: Tento kalich jest nová úmluva v mé krvi; to číňte, kdykoli z něho budete pít, na mou památku. Neboť kdykoli budete jíst tento chléb a pít tento kalich, budete zvěstovat smrt Páně, dokud nepřijde. A tak kdokoli by jedl tento chléb nebo pil kalich Páně nehodně, proviní se proti tělu a krvi Páně. Necht' tedy člověk zkoumá sám sebe, a tak ať jí z toho chleba a pije z toho kalicha. Neboť kdo jí a pije nehodně, jí a pije si odsouzení, nerozeznáváje tělo Páně.

Oči všech v tebe doufají, Hospodine, a ty jim dáváš pokrm v čas příhodný. **V.** Otvíráš ruku svou a naplňuješ všechno živé požehnáním.

Aleluja, aleluja. **V.** Tělo mé jest opravdu pokrm a krev má jest opravdu nápoj; kdo jí mé tělo a pije mou krev, ve mně zůstává a já v něm. Aleluja.

Chval, Sione, Spasitele, chval

ducem et pastorem, in hymnis et canticis.

Quantum potes, tantum aude; quia major omni laude, nec laudare sufficis.

Laudis thema specialis, panis vivus et vitalis hodie proponitur.

Quem in sacrae mensa coenae, turbae fratrum duodenae datum non ambigitur.

Sit laus plena, sit sonora, sit jucunda, sit decora mentis jubilatio.

Dies enim solemnis agitur, in qua mensae prima recolitur hujus institutio.

In hac mensa novi Regis, novum Pascha novae legis phase vetus terminat.

Vetustatem novitas, umbram fugat veritas, noctem lux eliminat.

Quod in coena Christus gessit, faciendum hoc expressit in sui memoriam.

Docti sacris institutis, panem, vinum in salutis consecramus hostiam.

Dogma datur Christianis, quod in carnem transit panis et vinum in sanguinem.

Quod non capis, quod non vides, animosa firmat fides, praeter rerum ordinem.

Sub diversis speciebus, signis tantum, et non rebus, latent res eximiae.

Caro cibus, sanguis potus: manet

vůdce a pastýře v hymnech a písních.

Co nejvíce můžeš, tolik se odvaž; neboť je nad všechnu chválu a chválit ho nestačíš.

Zvláštní námět chvály, chléb živý a životodárný, se dnes předkládá.

Ježž při stole svaté večeře byl dán zástupu dvanácti bratří — o tom není pochyb.

Buď chvála plná, buď zvučná, buď radostná, buď spanilá jásaní mysli. Neboť se koná slavný den, v němž se připomíná první ustanovení této hostiny.

Při tomto stole nového Krále nová Pascha nového zákona ukončuje starý obřad.

Novota zahání starobu, pravda zahání stín, světlo vypuzuje noc.

Co Kristus učinil při večeři, to přikázal konat na svou památku.

Poučení svatými ustanoveními, posvěcujeme chléb a víno v oběť spásy.

Křesťanům je dáno učení, že chléb se mění v tělo a víno v krev.

Co nechápeš, co nevidíš, to utvrzuje statečná víra mimo řád věcí.

Pod různými způsoby, jen ve znameních a ne ve své podstatě, skrývají se vznešené věci.

Tělo je pokrm, krev nápoj; přece zůstává Kristus celý pod obojí způsobou.

Tím, kdo přijímá, není rozkrájen,

tamen Christus totus sub utraque specie.

A sumente non concisus, non confractus, non divisus: integer accipitur.

Sumit unus, sumunt mille: quantum isti, tantum ille: nec sumptus consumitur.

Sumunt boni, sumunt mali: sorte tamen inaequali, vitae vel interitus.

Mors est malis, vita bonis: vide, paris sumptionis quam sit dispar exitus.

Fracto demum sacramento, ne vacilles, sed memento, tantum esse sub fragmento, quantum toto tegitur.

Nulla rei fit scissura: signi tantum fit fractura: qua nec status nec statura signati minuitur.

Ecce panis Angelorum, factus cibus viatorum: vere panis filiorum, non mittendus canibus.

In figuris praesignatur, cum Isaac immolatur: agnus paschae deputatur: datur manna patribus.

Bone pastor, panis vere, Jesu, nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere: tu nos bona fac videre in terra viventium.

Tu, qui cuncta scis et vales: qui nos pascis hic mortales: tuos ibi commensales, coheredes et sodales fac sanctorum civium.

Amen. Alleluja.

ani rozlámán, ani rozdělen: přijímá se celý.

Přijímá jeden, přijímá tisíc; co tito, tolik onen; a přijímán není stráven. Přijímají dobří, přijímají zlí, avšak s nestejným údělem: života nebo zkázy.

Smrt je zlým, život dobrým: hled', jak nestejný je konec téhož přijímání.

Když je konečně Svátost rozlomena, neváhej, ale pomni, že tolik je pod úlomkem, kolik je skryto v celku.

Nenastává žádné rozdělení věci: jen znamení se láme; tím se nezmenšuje ani stav, ani velikost Označeného.

Hle, chléb andělů, učiněný pokrmem poutníků: vpravdě chléb dětí, jež nelze házet psům.

V předobrazech byl naznačen: když je obětován Izák, když je určen velikonoční beránek, když se dává mana otcům.

Dobry pastýři, pravý chlebe, Ježíši, smiluj se nad námi; ty nás pas, nás chraň, ty nám dej vidět dobré věci v zemi živých.

Ty, jenž vše víš a zmůžeš, jenž nás zde smrtelné sytíš, učíš nás tam svými spolustolovníky, spoludědici a druhy svatých občanů. Amen.

Aleluja.

Evangelium — J 6, 56–59

V. Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. **R.** Gloria tibi, Domine.

In illo tempore: Dixit Jesus turbis Judaeorum: Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo. Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis, qui de caelo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.

R. Laus tibi, Christe.

Offertorium

Sacerdotes Domini incensum et panes offerunt Deo: et ideo sancti erunt Deo suo, et non pollut nomen ejus, alleluja.

Secreta

Ecclesiae tuae, quaesumus, Domine, unitatis et pacis propitius dona concede: quae sub oblatiis muneribus mystice designantur. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

V. Slova svatého evangelia podle Jana. **R.** Sláva tobě, Pane.

Za onoho času řekl Ježíš zástupům židovským: Tělo mé vpravdě jest pokrm a krev má vpravdě jest nápoj. Kdo jí mé tělo a pije mou krev, zůstává ve mně a já v něm. Jako mne poslal živý Otec a já živ jsem pro Otce, tak i ten, kdo jí mne, bude živ pro mne. Toto jest chléb, jenž s nebe sestoupil. Ne jako otcové vaši jedli manu a zemřeli. Kdo jí chléb tento, bude živ na věky.

R. Chvála tobě, Kriste.

Kněží Hospodinovi přinášejí Bohu kadidlo a chleby; proto budou svatí svému Bohu a neposkvrní jeho jméno, aleluja.

Své Církvi, prosíme, Pane, milostivě uděl dary jednoty a pokoje, jež jsou pod obětovanými dary tajemně naznačeny. Skrze Pána našeho Ježíše Krista, tvého Syna, jenž s tebou žije a kraluje v jednotě Ducha Svatého Bůh po všechny věky věků. **R.** Amen.

Communio

Quotiescumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat: itaque quicumque manducaverit panem vel biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini, alleluja.

Kdykoli budete jíst tento chléb a pít tento kalich, budete zvěstovat smrt Páně, dokud nepřijde; proto kdokoli by jedl tento chléb nebo pil kalich Páně nehodně, proviní se proti tělu a krvi Páně, aleluja.

Postcommunio

Fac nos, quaesumus, Domine, divinitatis tuae sempiterna fruitione repleri: quam pretiosi Corporis et Sanguinis tui temporalis perceptio praefigurat. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Dej nám, prosíme, Pane, abychom byli naplněni věčným požíváním tvého božství, jež předznamenává časné přijímání tvého drahého Těla a Krve. Jenž žiješ a kraluješ s Bohem Otcem v jednotě Ducha Svatého Bůh po všechny věky věků. **R.** Amen.

Po mši (místo Ite, missa est se zpívá Benedicamus Domino) následuje průvod s Nejsvětější Svátostí.

Úvod u hlavního oltáře

Po mši svaté celebrant okouří Nejsvětější Svátost, vezme monstranci a stojí na nejvyšším stupni hlavního oltáře, obrácen k věřícím, zanotí antifonu, v níž sbor pokračuje.

Antifona

Homo quidam fecit cenam magnam, et vocavit multos: et misit servum suum hora cenae dicere invitatis ut venirent, quia omnia parata sunt, alleluja.

Člověk jeden připravil hostinu velikou a pozval mnohé; a v době hostiny poslal svého služebníka, aby řekl pozvaným, ať přijdou, že již všechno je hotovo, aleluja.

Celebrant nese Nejsvětější Svátost pod baldachýnem, provázen asistenty; dva turiferáři s kaditelicemi jdou před Svátostí a okouří ji. Všichni jdou s obnaženou hlavou, s hořícími svícemi, a zpívají hymnus ke cti Nejsvětější Svátosti.

Procesní hymnus — Verbum supernum prodiens

Verbum supernum prodiens, nec
Patris linquens dexteram, ad opus
suum exiens, venit ad vitae
vesperam.

In mortem a discipulo suis
tradendus aemulis, prius in vitae
ferculo se tradidit discipulis.

Quibus sub bina specie carnem
dedit et sanguinem, ut duplicis
substantiae totum cibaret
hominem.

Se nascens dedit socium,
convescens in edulium, se moriens
in pretium, se regnans dat in
praemium.

Cestou k dalšímu oltáři zpívá se píseň.

Slovo, jež z výsosti vyšlo, a přec
pravice Otcovy neopustilo, vyšlo
k dílu svému a dospělo k večeru
života.

Jsa zrádným učedníkem vydán na
smrt svým nepřátelům, dříve sám
v pokrm života vydal se svým
učedníkům.

Jimž pod dvojí způsobou dal tělo i
krev svou, aby z dvojí podstaty
celého nasýtil člověka.

Rodě se, dal se za druha, při
hostině za pokrm, umíraje za
výkupné, kraluje dává se za
odměnu.

Zastavení I — u prvního oltáře

*Když celebrant dojde k prvnímu oltáři, postaví Nejsvětější Svátost na oltář nebo na
připravený trůn, poklekne a třikrát ji okouří. Mezitím sbor zpívá antifonu.*

Antifona

Ego sum panis vivus, qui de caelo
descendi: si quis manducaverit ex
hoc pane, vivet in aeternum, alleluja.

Po okouření se zpívá evangelium.

Já jsem chléb živý, který jsem
sestoupil z nebe: bude-li kdo
jísti z toho chleba, živ bude na
věky, aleluja.

Evangelium — Mt 26, 26–29

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum
spiritu tuo.

V. Sequentia sancti Evangelii
secundum Matthaeum. **R.** Gloria
tibi, Domine.

V. Pán s vámi. **R.** I s duchem
tvým.

V. Slova svatého evangelia podle
Matouše. **R.** Sláva tobě, Pane.

Když pak večeřeli, vzal Ježíš

Cenantibus autem eis, accepit Jesus panem, et benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, et ait: Accipite, et comedite: hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit: et dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam vobiscum novum in regno Patris mei.

R. Laus tibi, Christe.

Po evangeliu políbí celebrant knihu se slovy Per Evangelica dicta *a je okouřen. Celebrant poklekne na nejnižším stupni a zanotí antifonu, v níž sbor pokračuje.*

chléb a požehnav rozlámal jej a dav učedníkům svým řekl: Vezměte a jezte: toto jest tělo mé. A vzav kalich, poděkoval a dal jim říka: Pijte z toho všichni, neboť toto jest krev má Nového zákona, která se vylévá za mnohé na odpuštění hříchů. Ale pravím vám: Od této chvíle nebudu pít z tohoto vinného kmene až do onoho dne, kdy jej budu pít s vámi nový v království Otce svého.

R. Chvála tobě, Kriste.

Antifona — Domine Rex

Domine Rex, Deus Abraham, dona nobis pluviam super faciem terrae, ut sciat populus iste, quia tu es Dominus Deus noster. Alleluja.

Verše a modlitby; při Dominus vobiscum *celebrant povstane. Předchází stálá orace* Bože, jenž jsi nám *(společná všem zastavením), pak následuje vlastní orace.*

Hospodine Králi, Bože Abrahámův, rač nám dáti příhodné počasí po veškeré zemi, by zvěděl tento národ, že tys jeho Hospodin, Pán Bůh jeho. Aleluja.

Verše a orace

V. Cibavit illos ex adipe frumenti, alleluja.

R. Et de petra, melle saturavit eos, alleluja.

V. Dominus dabit serenitatem (**vel** pluviam, **vel** aeris congruitatem).

R. Et terra nostra dabit fructum suum.

V. Živil je nejlepším obilím, aleluja.

R. A medem ze skály nasýtil je, aleluja.

V. Hospodin popřeje příhodného počasí.

R. A země naše vydá úrodu svou.

V. Pane, vyslyš modlitbu mou.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Deus, in quo vivimus, movemur et sumus:

serenitatem (**vel** pluviam, **vel** aerem) nobis tribue congruentem; ut praesentibus subsidiis sufficienter adjuti, sempiterna fiducialius appetamus. Per Christum, Dominum nostrum. **R.** Amen.

Hymnus — O salutaris hostia

O salutaris hostia, quae caeli pandis ostium: bella premunt hostilia, da robur, fer auxilium.

Uni trinoque Domino sit sempiterna gloria, qui vitam sine termino nobis donet in patria.

Amen.

Cestou k dalšímu oltáři zpívá se píseň.

R. A volání mé k tobě přijď.

V. Pán s vámi.

R. I s duchem tvým.

Modleme se. Bože, jenž jsi nám v této předivné Svátosti zanechal památku svého umučení, popřej nám, prosíme, tak ctíti svatá tajemství tvého Těla a Krve, abychom v sobě ustavičně pociťovali ovoce tvého vykoupení.

Bože, v němž žijeme, hýbáme se a jsme: popřej nám příhodného počasí, abychom časnými prostředky dostatečně opatřeni, tím snažněji statky věčné hledali. Skrze Krista, Pána našeho. **R.** Amen.

Ó spásná Hostie, jež nebes bránu otvíráš: tísní nás boj nepřátelský, dej sílu, přines pomoc. Jednomu trojjedinému Pánu buď věčná sláva, jenž k životu bez konce nás přivede do vlasti. Amen.

Zastavení II — u druhého oltáře

Zachovává se vše jako u prvního oltáře. Sbor zpívá moteto.

Moteto — Caro mea

Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus: qui manducat

Tělo mé vpravdě je pokrm a krev má vpravdě je nápoj: kdo

meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo. Alleluja.

Potom se zpívá evangelium.

Evangelium — Mk 14, 22–25

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

V. Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum. **R.** Gloria tibi, Domine.

Et manducantibus illis, accepit Jesus panem: et benedicens fregit, et dedit eis, et ait: Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis: et biberunt ex illo omnes. Et ait illis: Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis, quia jam non bibam de hoc genimine vitis, usque in diem illum, cum illud bibam novum in regno Dei.

R. Laus tibi, Christe.

Po evangeliu políbí celebrant knihu se slovy Per Evangelica dicta a je okouřen. Celebrant poklekne na nejnižším stupni a zanotí antifonu, v níž sbor pokračuje.

Antifona — Contere Domine

Contere, Domine, fortitudinem inimicorum Ecclesiae tuae, et disperge illos in virtute tua, ut cognoscant, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu, Deus noster. Alleluja.

Předchází stálá orace Bože, jenž jsi nám, *pak vlastní orace.*

požívá mé tělo a pije mou krev, ve mně zůstává a já v něm. Aleluja.

V. Pán s vámi. **R.** I s duchem tvým.

V. Slova svatého evangelia podle Marka. **R.** Sláva tobě, Pane.

Když jedli, vzal Ježíš chléb a požehnav rozlámal a dal jim a řekl: Vezměte, toto jest tělo mé. A vzav kalich, poděkoval a dal jim a pili z něho všichni a řekl jim: Toto jest krev má Nového zákona, která se vylévá za mnohé. Amen pravím vám: Již nebudu pít z tohoto plodu vinného kmene až do dne, kdy jej budu pít nový v království Božím.

R. Chvála tobě, Kriste.

Potři, Pane, sílu nepřátel církve své a rozptyl je mocí svou, aby poznali, že není jiného, jenž by bojoval za nás, jenom Ty, Bože náš. Alleluja.

Verše a orace

V. Panem de caelo praestitisti eis, alleluja.

R. Omne delectamentum in se habentem, alleluja.

V. Imple facies eorum ignominia.

R. Et quaerent nomen tuum, Domine.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Omnipotens sempiternus Deus, in cujus manu sunt omnium potestates, et omnium jura regnorum: respice propitius in auxilium Christianorum: ut hostes nostri, qui in sua feritate confidunt, dexterarum tuarum potentia conterantur. Per Christum, Dominum nostrum. **R.** Amen.

Cestou k dalšímu oltáři zpívá se píseň.

V. Chléb s nebe jsi jim dal, aleluja.

R. Všechno potěšení v sobě mající, aleluja.

V. Naplň tváře jejich hanbou.

R. A budou hledat jméno tvé, Pane.

V. Pane, vyslyš modlitbu mou.

R. A volání mé k tobě přijď.

V. Pán s vámi.

R. I s duchem tvým.

Modleme se. Bože, jenž jsi nám v této předivné Svátosti zanechal památku svého umučení, popřej nám, prosíme, tak ctíti svatá tajemství tvého Těla a Krve, abychom v sobě ustavičně pociťovali ovoce tvého vykoupění.

Všemohoucí věčný Bože, v jehož ruce jsou všechny mocnosti a veškerá práva království: shlédni milostivě ku pomoci křesťanům, aby nepřátelé naši, kteří na svou ukrutnost spoléhají, byli potřeni mocí pravice tvé. Skrze Krista, Pána našeho. **R.** Amen.

Zastavení III — u třetího oltáře

Zachovává se vše jako u prvního oltáře. Sbor zpívá antifonu.

Antifona — O quam suavis

O quam suavis est, Domine, spiritus tuus! qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suavissimo de caelo praestito, esurientes replebis bonis, fastidiosos divites dimittens inanes.

Potom se zpívá evangelium.

Ó jak vlídná je, Hospodine, laskavost tvá, jenž chtě sladkost svou ukázat, jakou synům svým dáváš, chlebem přelahodným, jenž s nebe sestoupil, ty, kteří lační, sytíš dobrem, pohrdající bohatce však s prázdnou propouštíš.

Evangelium — Lk 22, 14–20

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

V. Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam. **R.** Gloria tibi, Domine.

In illo tempore: Cum facta esset hora, discubuit, et duodecim Apostoli cum eo. Et ait illis: Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Et accepto pane gratias egit, et fregit, et dedit eis, dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem, postquam cenavit, dicens: Hic est calix novum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur.

R. Laus tibi, Christe.

V. Pán s vámi. **R.** I s duchem tvým.

V. Slova svatého evangelia podle Lukáše. **R.** Sláva tobě, Pane.

Za onoho času: Když přišla hodina, zaujal místo za stolem a dvanáct apoštolů s ním. I řekl jim: S toužebností jsem žádal tohoto beránka jísti s vámi, prve než bych trpěl. A vzav chléb, učinil díky a rozlámav jej, dal jim řka: Toto jest tělo mé, které se za vás vydává; to čiňte na mou památku. Taktéž vzal kalich po jídle a řekl: Tento kalich jest nová úmluva v mé krvi, která se za vás vylévá.

R. Chvála tobě, Kriste.

Po evangeliu políbí celebrant knihu se slovy Per Evangelica dicta a je okouřen. Celebrant poklekne na nejnižším stupni a zanotí antifonu, v níž sbor pokračuje.

Antifona — Da pacem Domine

Da pacem, Domine, in diebus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi tu, Deus noster. Alleluja.

Předchází stálá orace Bože, jenž jsi nám, *pak vlastní orace.*

Verše a orace

V. Panem caeli dedit eis, alleluja.

R. Panem Angelorum manducavit homo, alleluja.

V. Fiat pax in virtute tua.

R. Et abundantia in turribus tuis.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Deus, a quo sancta desideria, recta consilia, et justa sunt opera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandatis tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Christum, Dominum nostrum. **R.** Amen.

Dej pokoj, Pane, za dnů našich, neboť není jiného, jenž by bojoval za nás, jenom Ty, Bože náš. Aleluja.

V. Chléb nebeský jim dal, aleluja.

R. Chléb andělský požíval člověk, aleluja.

V. Buď pokoj v síle tvé.

R. A hojnost ve věžích tvých.

V. Pane, vyslyš modlitbu mou.

R. A volání mé k tobě přijď.

V. Pán s vámi.

R. I s duchem tvým.

Modleme se. Bože, jenž jsi nám v této předivné Svátosti zanechal památku svého umučení, popřej nám, prosíme, tak cítí svatá tajemství tvého Těla a Krve, abychom v sobě ustavičně pociťovali ovoce tvého vykoupení.

Bože, od něhož pocházejí svaté žádosti, správné rady a spravedlivé skutky: dej služebníkům svým ten pokoj, jež svět dáti nemůže, aby srdce naše tvých přikázání dbalá byla, a časy, zbaveny hrůzy nepřátelské, byly pod tvou ochranou pokojné. Skrze Krista, Pána našeho. **R.** Amen.

Hymnus — Ecce panis Angelorum

Ecce panis Angelorum, factus cibus viatorum: vere panis filiorum, non mittendus canibus. Bone pastor, panis vere, Jesu, nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere, tu nos bona fac videre in terra viventium.

Cestou k dalšímu oltáři zpívá se píseň.

Hle, chléb andělů, stal se pokrmem poutníků: vpravdě chléb synů, nemá být dáván psům. Dobrý pastýři, chlebe pravý, Ježíši, smiluj se nad námi: ty nás pas, nás ochraňuj, ty nám dej spatřit dobro v zemi živoucích.

Zastavení IV — u čtvrtého oltáře

Zachovává se vše jako u prvního oltáře. Sbor zpívá antifonu.

Antifona — O quam suavis

O quam suavis est, Domine, spiritus tuus! qui ut dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suavissimo de caelo praestito, esurientes replens bonis, fastidiosos divites dimittens inanes.

Potom se zpívá evangelium.

Ó jak vlídná je, Hospodine, laskavost tvá, jenž chtě sladkost svou ukázat, jakou synům svým dáváš, chlebem přeladným, jenž s nebe sestoupil, ty, kteří lační, sytíš dobrem, pohrdající bohatce však s prázdnou propouštíš.

Evangelium — J 6, 56–59

V. Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

V. Sequentia sancti Evangelii secundum Joannem. **R.** Gloria tibi, Domine.

In illo tempore dixit Jesus turbis Judaeorum: Caro mea vere est cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo.

V. Pán s vámi. **R.** I s duchem tvým.

V. Slova svatého evangelia podle Jana. **R.** Sláva tobě, Pane.

Za onoho času řekl Ježíš zástupům židovským: Tělo mé vpravdě jest pokrm a krev má vpravdě jest nápoj. Kdo jí mé tělo a pije mou krev,

Sicut misit me vivens Pater, et ego vivo propter Patrem: et qui manducat me, et ipse vivet propter me. Hic est panis, qui de caelo descendit. Non sicut manducaverunt patres vestri manna, et mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in aeternum.

R. Laus tibi, Christe.

zůstává ve mně a já v něm. Jako mne poslal živý Otec a já živ jsem pro Otce, tak i ten, kdo jí mne, bude živ pro mne. Toto jest chléb, jenž s nebe sestoupil. Ne jako otcové vaši jedli manu a zemřeli. Kdo jí chléb tento, bude živ na věky.

R. Chvála tobě, Kriste.

Po evangeliu políbí celebrant knihu se slovy Per Evangelica dicta a je okouřen. Celebrant poklekne na nejnižším stupni a zanotí antifonu, v níž sbor pokračuje.

Antifona — Qui quiescat ira tua

Qui quiescat ira tua, Domine Deus noster, et esto placabilis super nequitias populi tui, quia jurasti per temetipsum, Sancte Deus, Sancte Fortis, Sancte et Immortalis, miserere nobis, qui passus es pro nobis, Jesu Christe, miserere nobis. Alleluja.

Rač odvrátit hněv svůj, Pane a Bože svatý, a dej se uchlácholit nad hříchy mnohými národa svého, neb jsi přísahal při sobě samém, Svatý Bože, Svatý silný, Svatý a nesmrtelný, smiluj se nad námi, jenž jsi trpěl za nás, Ježíši Kriste, smiluj se nad námi. Aleluja.

Předchází stálá orace Bože, jenž jsi nám, pak následuje vlastní orace (rozšířená, s prosbami za církev, vrchnost a obec).

Verše a orace — Pietate tua

V. Educas panem de terra, alleluja.

R. Et vinum laetificet cor hominis, alleluja.

V. Fiat misericordia tua, Domine, super nos.

R. Quemadmodum speravimus in te.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

V. Vydáváš chléb ze země, aleluja.

R. A víno obveselující srdce člověka, aleluja.

V. Pane, sestup na nás milosrdenství tvé.

R. Jak jsme vždy doufali v tebe.

V. Pane, vyslyš modlitbu mou.

R. A volání mé k tobě přijď.

V. Pán s vámi.

R. I s duchem tvým.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Pietate tua, quaesumus, Domine, nostrorum solve vincula peccatorum, et intercedente Beata Maria semper Virgine, cum omnibus Sanctis tuis, nos famulos tuos, benefactores, atque loca nostra in omni sanctitate custodi: omnesque consanguinitate, affinitate atque familiaritate nobis conjunctos, a vitiiis purga, virtutibus illustra, pacem et salutem nobis tribue; hostes visibiles atque invisibiles remove; carnalia desideria repelle, aerem salubrem et fertilitatem indulge; amicis et inimicis nostris caritatem largire; atque urbem **N.** (civitatem **N.**, vel oppidum **N.**, vel pagum **N.**) cum omnibus in ea (eo) habitantibus ab omni peste, infideliumque feritate et potentia illaesam (illaesum) conserva; ac omnibus fidelibus vivis et defunctis, in terra viventium vitam et requiem aeternam concede: et Pontificem nostrum **N.**, Antistitem nostrum **N.**, omnesque Praelatos et cunctum populum christianum ab omni

Modleme se. Bože, jenž jsi nám v této předivné Svátosti zanechal památku svého umučení, popřej nám, prosíme, tak cítí svatá tajemství tvého Těla a Krve, abychom v sobě ustavičně pociťovali ovoce tvého vykoupení.

Račiž, ó Pane, smilováním svým pouta hříchů našich rozvázati a na přímluvu blahoslavené Marie Panny a svatých všech nás, své služebníky, naše dobrodince a naše příbytky ve svatosti zachovávati; rač všechny naše přátele, příbuzné a známé od hříchů očistiti a ctnostmi ozdobiti; popřej nám pokoje a stálého zdraví, odvrát' od nás nepřátele viditelné i neviditelné, vzdal žádosti tělesné; uděl příhodného počasí a úrody, rozněť v srdcích přátel i nepřátel našich oheň lásky své; rač farnost naši se všemi obyvateli ode všeho moru, zloby a moci nevěřících bez pohromy zachovati a všem věřícím živým i zemřelým v zemi živoucích života a pokoje věčného popřáti. Rač svatého Otce (**N.**), arcipastýře našeho (**N.**) a všechny duchovní i světské vrchnosti, jakož i veškeren lid křesťanský ode všeho protivenství chrániti, a požehnání tvé budiž s námi

adversitate custodi; et benedictio tua sit super nos semper. Per Christum, Dominum nostrum. **R.** Amen.

Hymnus — O sacrum convivium

O sacrum convivium! in quo Christus sumitur: recolitur memoria passionis ejus: mens impletur gratia: et futurae gloriae nobis pignus datur, alleluja.

Po hymnu celebrant zanotí Te Deum a průvod se vrací do kostela.

Te Deum laudamus

Te Deum laudamus: te Dominum confitemur.

Te aeternum Patrem omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi Caeli, et universae Potestates:

Tibi Cherubim et Seraphim incessabili voce proclamant:

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.

Pleni sunt caeli et terra majestatis gloriae tuae.

Te gloriosus Apostolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia,

Patrem immensae majestatis; Venerandum tuum verum et unicum Filium;

Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.

vždycky. Skrze Krista, Pána našeho. **R.** Amen.

Ó svatá hostino, na níž se přijímá Kristus, obnovuje se památka jeho umučení, mysl se naplňuje milostí a dává se nám záruka budoucí slávy, aleluja.

Tebe, Bože, chválíme, tebe, Pane, velebíme.

Tebe, věčný Otče, ctí celá země.

Tobě všichni andělé, tobě nebesa i všechny mocnosti,

tobě cherubové a serafové bez ustání volají:

Svatý, Svátý, Svátý Pán Bůh zástupů.

Plná jsou nebesa i země velebnosti slávy tvé.

Tebe oslavuje slavný sbor apoštolů,

tebe chvályhodný počet proroků,

tebe oslavuje skvoucí zástup mučedníků.

Tebe po veškerém okrsku zemském velebí svatá Církev:

Otce nesmírné velebnosti, tvého ctihodného, pravého a jediného Syna,

i Ducha Svatého, Utěšitele.

Ty jsi Král slávy, Kriste.

Ty jsi věčný Syn Otcův.

Tu Rex gloriae, Christe.
Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu, ad liberandum suscepturus
hominem, non horruisti Virginis
uterum.
Tu, devicto mortis aculeo, aperuisti
credentibus regna caelorum.
Tu ad dexteram Dei sedes, in gloria
Patris.
Judex crederis esse venturus.
**Sequens versus dicitur flexis
genibus.**
Te ergo quaesumus, tuis famulis
subveni, quos pretioso sanguine
redemisti.
Aeterna fac cum Sanctis tuis in
gloria numerari.
Salvum fac populum tuum,
Domine, et benedic hereditati tuae.
Et rege eos, et extolle illos usque
in aeternum.
Per singulos dies benedicimus te;
Et laudamus nomen tuum in
saeculum, et in saeculum saeculi.
Dignare, Domine, die isto sine
peccato nos custodire.
Miserere nostri, Domine, miserere
nostri.
Fiat misericordia tua, Domine,
super nos, quemadmodum
speravimus in te.
In te, Domine, speravi: non
confundar in aeternum.

Ty, abys vykoupil člověka,
nepohrdl jsi lůnem Panny.
Ty jsi přemohl osten smrti a
otevřel věřícím království
nebeské.
Ty sedíš po pravici Boží ve slávě
Otce.
Věříme, že přijdeš jako soudce.
Následující verš se zpívá vkleče.
Tebe tedy prosíme, pomoz
služebníkům svým, které jsi
vykoupil drahou krví.
Dej, ať jsme připočteni ke svatým
tvým ve věčné slávě.
Spas lid svůj, Pane, a žehnej
dědictví svému.
A spravuj je a povznášej je až na
věky.
Po všechny dny dobrořečíme tobě
a chválíme jméno tvé na věky, na
věky věků.
Rač, Pane, tohoto dne uchovati
nás bez hříchu.
Smiluj se nad námi, Pane, smiluj
se nad námi.
Sestup na nás milosrdenství tvé,
Pane, jako jsme doufali v tebe.
V tebe, Pane, jsem doufal, nebudu
zahanben na věky.

Návrat do kostela

Cestou zpět sbor zpívá Te Deum (Tebe Boha chválíme) až do konce. U dveří chrámových udělí celebrant požehnání. Potom se Svátost postaví na oltář.

Po skončení Te Deum se zpívají sloky Tantum ergo a Genitori, nasype se kadidlo a Svátost se okouří.

Verš

V. Panem de caelo praestitisti eis, alleluja.

R. Omne delectamentum in se habentem, alleluja.

V. Chléb s nebe jsi jim dal, aleluja.

R. Všechno potěšení v sobě mající, aleluja.

Závěrečná orace

Oremus. Deus, qui nobis sub Sacramento mirabili passionis tuae memoriam reliquisti: tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari; ut redemptionis tuae fructum in nobis jugiter sentiamus. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. **R.** Amen.

Modleme se. Bože, jenž jsi nám v této předivné Svátosti zanechal památku svého umučení, popřej nám, prosíme, tak cítí svatá tajemství tvého Těla a Krve, abychom v sobě ustavičně pociťovali ovoce tvého vykoupení. Jenž žiješ a kraluješ na věky věků. **R.** Amen.

Po modlitbě celebrant vezme velum, vystoupí k oltáři, vezme monstranci a udělí požehnání jako obvykle. Potom se Nejsvětější Svátost uloží do svatostánku.

Tato příručka je zatím jenom orientační a vyžaduje korektury.

Připravila pro Vás

svatarodina.cz